

P. Oliverius Legipontius O. S. B.

Ex fontibus primi ordinis descripsit P. Maurus Kinter.

(Confer fasc. II. h. anni pag. 285—291.)

Elenchus omnium quotquot innotuerunt P. Oliverii Legipontii operum.

I. Opera impressa.

1. Abregé de l'histoire du Concile de Trente. Cologne. 1725. 8^o (Ziegelbauer, Hist. Tom. IV. pg. 369: . . . „conflata ex variis Scriptoribus, videlicet Pallavicino, Paulo Sarpi, L'Amelot, Dupin . . . , gratulandum auctori, si veritatem ex tot Scriptorum tantopere inter se dissentientium conflictu magis patefecit“).

2. Recueil des matières les plus importantes touchant la doctrine et la discipline de l'église. Cologne 1725, 8^o.

3. Sapientiae stadium Benedictino-philosophicum. Coloniae ex officina Hildeniana. 1728. fol.

4. Disibodibergensis in Palatinatu monasterii historiam publico dedit . . . eius loci Praefectus a patribus congregationis Bursfeldensis nominatus una cum facti iurisque deductione pro eius revendicatione. Coloniae 1736. fol. Diplomatarium eiusdem monasterii extulit Christianus Ioannis Francofurti. 8^o. (Ziegelbauer. IV. 546.)

5. Discursus Paraeneticus ad aequos bonarum artium aestimatores pro bibliotheca publica et societate Eruditorum Moguntiae erigenda. 1737. (Cfr. Pelzel: Abbildungen böhm. und mähr. Gelehrten. IV. pg. 121.)

6. Regia Amoris Vallis, inter et montes erecta, **DIVersIsqVe** honor**Is**, **gLorIae** et **VIrtVtIs** aga**LMatIbVs** **ILLV**-strata. Quando illustrissimus . . . Fridericus Antonius Christophorus Camerarius de Wormatia L. B. de Dalberg . . . nec non illustrissima . . . Domina Sophia F. Xaveria ex perillustri Wamboldiorum ab Umbstadt stemmate prognata etc., Auspice Hymaeneo festivas inter aggratulationes nuptiarum solemnia celebrant die XVII. Novembris 1738. Moguntiae ex typogr. Elect. Aulico-Academica per Ioannem Henricum Haeffner in fol. — (Auctor fuit illustr. D. de Dalberg bibliothecarius ac inter plura alia poëmata etiam Fastos abbatiae S. Martini Coloniae heroico carmine complexus est. Ziegelb. IV. pg. 654.)

7. *Monasticon Moguntiacum sive succincta veterum monasteriorum in Archiepiscopatu Moguntino vicinisque locis partim extantium, partim suppressorum vel in usus promiscuos conversorum notitia, ex libris publicis veteribusque monumentis excerpta et ordine alphabetico digesta.* 1741. Typis Ioan. Iulii Gerzabek (Pragae) 8^o. XII et 80 pp. (Cfr. Ziegelbauer. IV. pg. 565.)

8. *Dissertationes Philologico-Bibliographicae, in quibus de adornanda et ornanda bibliotheca, nec non de manuscriptis librisque rarioribus et praestantioribus, ac etiam de archivo in ordinem redigendo, veterum Diplomatum criterio, deque rei nummariae ac musices studio et aliis potissimum ad elegantiores literas spectantibus rebus disseritur. In usum Bibliothecariorum et Philobibliorum publicae luci commissae.* Norimbergae. Impensis Pauli Lochneri et Mayeri 1746. 4^o. 327 pp. (Cfr. *Histor. rei liter.* pg. 318, T. IV. *ibid.* pg. 499, 508.)

9. *De emendatione Philosophiae et per eam humani intellectus.* Norimbergae 1746. 4^o. (Pelzel IV. pg. 122.)

10. *Tractatus de vera nobilitate generis et animi.* Herbipoli 1747. 8^o. (Pelzel pg. 121.)

11. *Introductio ad studium rei nummariae.* Herbipoli. 1747. 8^o (*ibid.* et Ziegelbauer IV. 508.)

12. *Votum anonymi submissaque mediorum insinuatio pro Seminario Benedictino una cum Academia nobilium sub clementissimis auspiciis serenissimi principis Electoris Palatini Caroli Theodori in universitate Heidelbergensi ad excitanda instar Patrum Congregationis S. Mauri solidiora studia etc. fundando et stabiliendo.* Cosmopoli in semilunio 1748. in 8^o. (Pelzel pg. 122.)

13. *Itinerarium seu Methodus apodemica peregrinationis eruditae bene instituendae.* Augustae Vindelicorum 1751. 16^o (*ibid.* ut supra.)

14. *Systema instituendae societatis literariae Germano-Benedictinae, eius oeconomia, statuta, utilitates et commoda repraesentans, promulsidis loco, velut quoddam ad eliciendos sodalium, fautorumque animos incitamentum in spem boni eventus, aequis rerum sensoribus et bonarum artium aestimatoribus propositum.*

Engelberti principis ecclesiae Campidonensis antistitis honoribus, ob susceptum nascentis societatis literariae Germano-Benedictinae patrocinium hoc primum venerationis suae monumentum statuit senatus

academicus ao. 1752. 3. Non. — Campidoni ex ducali typografia per Andream Stadler 1752. pp. 71. (in bibl. Raygr.)

15. Epistola ad Em. Card. Quirinum de Ordine et Coenobiis S. Benedicti. 1754. 4^o. 2 ff. (Praemissa tom. I. „Historiae rei literariae.“ — Pelzel IV. pg. 122.)

16. Elogium historicum Magnoaldi Ziegelbaueri (quod „Historiae rei literariae“ tom. I. in 7 ff. praemisit auctor. — Cfr. Pelzel. pg. 122.)

17. Ichnographia operis MS. Hierarchia ecclesiastica Coloniensis. Opere quadripartito illustrata, quod in obsidione Pragensi a. 1747. furto sublatum interiit, typis vulgata sub titulo: „Pars I. Veteres Ubiorum origines, rerumque civilium vicissitudines, fata et incrementa repraesentat. Pars II. Iura, praerogativas, dignitates et ornamenta ecclesiae Coloniensis exhibet. Pars III. Coloniensium Antistitum seriem chronologico-historice deductam complectitur. Pars IV. Dabit Bullas, Diplomata, chartas et alia probationum instrumenta, ad quorum amussim exariata est historia. (Hist. rei lit. Tom. IV. pg. 367.)

II. Opera manuscripta posthuma.

1. Sacrae metropoleos Coloniensis ecclesiae origo, dignitas et praerogativae adversus illius gloriae aemulos assertae et propugnatae, ac studio partium seposito eruditorum placitis expositae (In hoc opere auctor fuse deducit omnes archiepiscopi Coloniensis praerogativas hactenus paene ignotas aut ex parte oblitteratas. Hoc MS., magnae eruditionis specimen, in monasterio quodam, cuius nomini hic parcitur, furto sublatum est (cfr. supra opera impressa 15), ita ut auctor verbis B. Petri Damiani (l. 2. ep. 6.) conqueri iure potuerit: „Tulit librum meum, quem velut filium unicum ulnis uterinae dulcedinis amplectebat.“ „Me tamen adhortante (ita Ziegelbauer habet) Legipontius secundis curis opus denuo elucubravit“ (Ziegelbauer IV. 374).

2. Congregationis Bursfeldensis pleniorum historiam una cum bullis et diplomatibus, ex ipsius congregationis monumentis summo labore parique fide congestam habet . . . qui etiam Dissertatione Isagogica ad Bullarium congregationis de origine, progressu et fructu reformationum et capitulorum in ordine Benedictino fusius egit. (Ziegelbauer IV. 499. 536. 594.)

3. Coloniense S. Martini-Maioris monasterium. „Chronologicam descriptionem huius abbatiae adornavit . . . una cum coenobiarcharum syllabo et codice diplomatico. Opus MS. a. 1725 in fol. — „Publica luce dignissimum.“ (Ziegelb. IV. 545, 569.)

4. Farrago anecdotorum sive rapsodia historico-diplomatica, epistolaris et poetica, complectens chartas, diplomata, epistolas, foundationum instrumenta et alia id genus monumenta, quae potissimum Abbatiae S. Martini et sacrae unionis Bursfeldensis historiam illustrant, ex blattis et tineis erepta, ac ne pereant in unum congesta. Opus MS, quod in bibliotheca eiusdem coenobii asservatur. (Ziegelb. IV. pg 545.)

5. Fastorum Abbatiae S. Martini Exegesis historica carmine heroico a prima eius fundatione ad nostram usque aetatem deducta. MS. in fol. mai. (Ziegelb. IV. 545. 569.)

6. Vitam et Apologiam Ioannis Trithemii, abbatis Spanheimensis, a se (Legipontio-Ziegelbauer scribit) docte et erudite scriptam, mecum communicavit, quam ego huius libri (i. e. hist. rei lit.) parti III. cap. 3. inserui. Idem scripsit vitam Adami Mayer, abbatis S. Martini Colon., et Ioannis Butzbachii, prioris Lacensis . . . Ingentem vero apparatus scriptorum Benedictinorum ordine alphabetico cognominum digestum in MS. habet, post huius operis nostri editionem, ut spondet, publicae luci committendum. (Ziegelb. IV. 610.)

7. Analecta Oliveriana sive Miscellanea R. P. Oliv. Legipont. opuscula, epistolae, dissertationes, variaque erotemata ab eodem in unum comportata, et parergis exornata, duobus iustae molis voluminibus in fol. comprehensa. (Ziegelb. IV. 699.)

8. Discours sur les sciences et les beaux arts, où l'on enseigne la méthode de les apprendre et de s'en servir, avec une bibliothèque choisie pour les cavaliers etc. (ex notis in arch. mon. Raygr. sub C. d. 7.)

(Pars III., quacum tractatus de Legipontio concluditur, in fasciculo proximo sequitur.)